



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||**

**Erasmus, Desiderius**

**Basileae, 1518**

**VD16 E 3644**

Vvlcatii Gallicani V. C. Avidivs Cassivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14277**

## AVIDIVS CASSIVS



VIDIVS Cassius, ut quidā uolunt, ex familia Cassiorū fuisse dicit, per marē tamen nouo genitus Auidio Seuero qui ordines duxerat, & post ad sūmas dignitates prouenerat. Cuius Quadratus in historijs meminit: & quidē grauiter, cū illū sūmū uirū & necessariū reip. asserit: & apud ipsū Marcū prauālidū, Nā iā eo imperante perisse fatali sorte perhibet. Hic ergo Cassius ex familia, ut dixim⁹, Cassiorū, qui in Ciuiū cōspirauerant, oderat tacite principatū, nec ferre poterat imperatoriū nomen: dicebatq; esse grauius nomē imperij, quod nō posset ē rep. tolli nisi per alterū imperatorē. Deniq; tentasse in pueritiā dicitur extorquere etiā Pio principatū, sed per patrē uirū sanctū & graue, affectionē tyrannidis latuisse: habitū tamen semper ducibus suspectū. Vero autē illū parasse insidias, ipsius Veri epistola indicat, quā inserui. Ex epistola Veri. Auidi⁹ Cassius auidus est imperij, quātū & mihi uidetur, & iā inde sub auo meo patre tuo innotuit, quē uelim obseruari iubeas. Omnia em̄ nostra displicent, opes nō mediocres parat, literas nostras ridet. Te philosophiā anniculā, me luxuriosum morionē uocat. Vide quid agendū sit, ego hominē nō uidi, sed uide, ne tibi & liberis tuis nō bene cōsulat, Cū tales inter præcinctos habeas, qualē milites libenter audiūt, libēter uidēt. Rescriptū Marci de Auidio Cassio. Epistolā tuā legi & sollicitā potius q̄ imperatoriā & nō nostri tēporis. Nā si ei diuini⁹ debet imperiū, nō poterimus interficere, etiā si uelimus. Scis em̄ proauī tui dictū, Successorē suū nullus occidit, sin minus, ipse spōte sine nostra crudelitate fatales laqueos incidit. Adde quod nō possum reū facere, quē nullus accusat, & ut ipse dicis, milites amāt. Deinde in causis maiestatis hæc natura est, ut uideantur uim pati etiā quibus probat. Scis em̄ ipse qd auus tuus Hadrianus dixerit, Misera cōditio imperatorū, quibus de affectu tyrānidis nisi occisis nō potest credi. Eius autē exēplū ponere quā Domitiani qui hoc primus dixisse fert, malui. Tyrānorū em̄ etiā bona dicta nō habēt tantū autoritatis, quātū debēt. Sibi ergo habeat suos mores, maxime cū bonus dux sit & seuerus, & fortis, & reip. necessarius. Nā qd dicis liberis meis cauēdū esse morte illius: planē liberi me pereāt, si magis amari merebitur Auidius q̄ illi, & si reip. expedit Cassiū uiuere q̄ liberos Marci. Hæc de Cassio Verus, hæc Marcus. Sed nos hominis naturā & mores breuiter explicauimus. Neq; em̄ plura de his sciri possunt, quorū uitā illustrare nullus audeat, eorū causa à qbus oppressi fuerint. Addemus autē quēadmodū ad imperiū uenerit, & quēadmodū sit occisus, & ubi uict⁹. Proposui em̄ Diocletiane Auguste om̄es q imperatoriū nomē siue iuste, siue iniuste habuerūt, in literas mittere, ut om̄es purpuratos Augustos cognosceres. Fuit his morib⁹, ut nūq; trux & asper uideretur.

Affectū, p affectatione.

Hic animus dignus erat imperio.

uidere. Aliquādo mitis & lenis, saepe religioſus, Aliās cōtēptor ſacrōrū, auidus uīni, itē abſtinēs, cibi appetens, & inedia patiēs, Veneris cupidus & caſtitaſis amator. Nec deſuerant, qui illū Catilinā uocarēt: cū & ipſe ſe ita gauderet appellari, addēs futurū ſe Sergiū, ſi Dialogiſtā occidiſſet, Antoninū hoc nomine ſignificās, qui tantū enituit in philoſophia, ut iturus ad bellum Marcomannicū timētibus cunctis, ne quid fatale proueniret, rogatus ſit nō adulaſiōe, ſed ſerio, ut praecepta philoſophiae arderet: nec ille timuit, ſed per ordinē Paraneſeos, hoc eſt, praeceptionum per tridū diſputauit. Fuit praeterea diſciplinā militaris Auidius Caſſius tenax, & qui ſe Mariū dici uellet. Quoniam de ſeueritate illius dicere cepimus, multa extant crudelitaſis potius q̄ ſeueritaſis eius indicia. Nā primum milites qui aliquid prouincialibus tuliffent per uim, in illis ipſis locis in quibus peccauerant, in crucem ſuſtulit. Primus etiam id ſupplicij genus inuenit, ut ſtipitem grandem poneret pedum octoginta & cētum, id eſt, materiae: & à ſummo uſq; ad imum damnatos ligaret, & ab imo focum apponeret, incenſiſq; alijs, alios ſumi cruciatu timore etiam necaret. Idem denos catheratos in profluentem mergi iubebat, uel in mare. Idem multis deſertoribus manus excidit, alijs crura incidit ac poplites, dicens maius exemplum eſſe uiuentis miſerabiliter criminoli quā occiſi. Cum exercitum duceret, & inſcio ipſo, manus auxiliaria, centurionibus ſuis autoribus, tria milia Sarmatarum negligentius agentium in Danubij ripis occidiſſent, & cum praeda ingenti ad eum rediſſent, ſperatibus centurionibus praemium, quod per parua manu, tantum hoſtium ſegnus agentibus tribunis & ignorantibus occidiſſent, rapi eos iuſſit, & in crucem tolli, ſeruiliſq; ſupplicio affici. Quod exemplum non extabat, dicens euenire potuiſſe ut eſſent inſidia, ac periret Romani imperij reuerētia. Et cum ingens ſeditio in exercitu orta eſſet, proceſſit nudus campeſtri ſolo tectus, & ait, Percutite, inquit, me, ſi audetis, & corruptae diſciplinā facinus addite. Tunc conſequentibus cunctis meruit timeri, quia non timuit. Quae res tantum diſciplinā Romanis addidit, tantum terroris Barbaris iniecit, ut pacem annorum centum ab Antonio abſente peterent. Si quidem uiderant damnatos Romani ducis iudicio etiam eos, qui contra fas uicerant. De hoc multa grauiſſa contra militum licentiam facta, inueniuntur apud Aemiliū Parthenianum, qui affectores tyrannidis iam inde à ueteribus hitoriae tradidit. Nam & uirgis caſos in foro, & in medijs caſtris ſecuri percuffit, qui ita meruerunt, & manus multis amputauit. Et praeter laridum ac bucellatum atque acetum, militem expeditione portare prohibuit: & ſi aliquid quippiam repperit: luxuriam non leui ſupplicio affecit. Extat de hoc epiſtola diui Marci ad praefectum ſuum talis, Auidio Caſſio legiones Syriacas dediſſe diſſuantes luxuria, & Daphnidis moribus agentes, quas totas excaſdantes ſe repperiſſe Ceſonius Vectilianus ſcripſit. & puto me non erraſſe, ſi quidem & tu notum habeas Caſſium hominem Caſſianae ſeueritaſis & diſciplinā. neq; em̄ milites regi poſſunt, niſi uetere diſciplina. Scis em̄ uerſum à bono poeta dictū, & omnibus frequentatum, Moribus antiquis res ſtat Romana uirisq;. Tu tantum fac ad ſint legionibus abunde commeatus.

Quos

Interim opti  
nor legēdū.

amilius

amilius

amilius

Quos, si bene Auidium noui, scio non perituros. Praefecti ad Marcum, Recte consuluisti mi domine, quod Cassium praefecisti Syriacis legionibus. Nihil em̄ tam expedit, quam homo seuerior Graecanicis militibus. Ille sanè om̄es excaudationes, omnes flores de capite, collo & sinu militi excutiet. Annona militaris omnis parata est, neq; quicq; deest sub bono duce: non enim multū aut quaritur, aut impenditur. Nec sefellit de se iudicium habitum. Nā statim & ad signa edici iussit, & programma in parietibus fixit, ut si quis cinctus inueniret, apud Daphnem discinctus rediret. Arma militū septima die semper respexit, uestimenta etiā & calciamenta & ocreas, delicias omnes de castris submouit, iussitq; eos hyemē sub pellibus agere, nisi corrigerent suos mores: & egisset, nisi honestius uixissent. Exercitiū septimi diei fuit omniū militū, ita, ut sagittas mitterent, & armis luderent. Dicebat em̄ miserū esse cū exercerentur Athletae, uenatores & gladiatores, nō exerceri milites, quibus minor esset futurus labor, si cōfueret esset. Ergo correpta disciplina & in Armenia, & in Arabia, & in Aegypto res optime gessit: amatusq; est ab omnibus oriētalibus, & speciatim ab Antiochenis, qui etiā imperio eius cōsenserūt, ut docet Marius Maximus in uita diui Marci. Nā & cū Bucolici milites per Aegyptum grauiā multa facerent, ab hoc retusi sunt, ut idē Marius Maximus refert in eo libro, quē secundū de uita Marci & Antonini adidit. Hic imperatorē se in oriente appellauit, ut quidā dicunt, Faustina uolēte, quae ualetudini Marci iā diffidebat, & timebat ne infantes filios tueri sola nō posset, atq; aliquis existeret, qui capta statione regia, infantes de mediō tolleret. Alij autē dicunt hāc artē adhibuisse militibus & prouincialibus Cassium contra Marci amorē, ut sibi posset consentiri, quo diceret Marcum diē suum obiisse. Nā & diuū eū appellasse dicitur, ut desideriu illius leniret imperatorio nomine. Cum processisset, eū qui sibi aptauerat ornamenta regia, statim praefectum praetorij fecit, qui & ipse occisus est Antonino inuito ab exercitu, qui & Metianū cui erat cōmissa Alexandria, quiq; cōsenserat participatus Cassio, inuito, atq; ignorante Antonino interemit: Nec tamē Antoninus grauiter est iratus, rebellionē cognita, nec in eius liberos aut affectus saeuit. Senatus illū hostē appellauit, bonaq; eius proscripsit: quae Antoninus in priuatum ararium congeri noluit. Quare senatu praecipiente in arariū publicum sunt relata. Nec Romae terror defuit, cum quidā Auidium Cassium dicerent, absente Antonino, qui nisi à uoluptarijs unice amabatur, Romā esse uenturum, atq; urbem tyrannide direpturum: maxime senatorum causa, qui eum hostē iudicauerant bonis proscriptis. Et amor Antonini hoc maxime enituit, quod cōsensu omniū, praeter Antiochēses, Auidius interemptus est, quē quidē occidi non iussit, sed passus est, cum apud cunctos clarum esset, si potestatis suae fuisset, parturum illi fuisse. Caput eius ad Antoninū cum delatum esset, ille nō exultauit, non elatus est: sed etiam doluit ereptam sibi esse occasionem misericordiae, cum diceret se uiuum illum uoluisse capere, ut illi exprobraret beneficia sua, eumq; seruaret. Deniq; cum quidam diceret reprehendendum Antoninū, quod tam mitis esset in hostē suum, eiusq; liberos & affectus, atq; omnes quos conscios

Programa.

Affectus, p  
cognatis.Nisi, p pra/  
terq;

conscios tyrannidis repperisset, addente illo qui reprehendebat, Quid si ille uicisset: dixisse dicitur, Non sic deos coluimus, nec sic uiuimus, ut ille nos uinceret. Enumerauit deinde omnes principes qui occisi essent, habuisse causas quibus mereretur occidi, nec quæcūq; facile bonum uel uictum à tyranno uel occisum, dicens meruisse Neronem, debuisse Caligulam, Othonem & Vitellium nec imperare uoluisse. Nam de Pertinace & Galba paria sentiebat, cum diceret, In imperatore auariciam esse acerbissimum malum. Denique non Augustum, non Traianum, non Hadrianum, non patrem suum à rebellibus potuisse superari: cum & multi fuerint, & ipsis uti inuitis uel inscijs extincti. Ipse autem Antoninus à senatu petijt, ne grauius in conscios defectionis animaduertetur, eo ipso tempore quo rogauit, ne quis senator tēporibus suis capitali supplicio afficeretur: quod illi maximum amorem conciliauit. Deniq; paucissimis centurionibus punitis, deportatos reuocari iussit. Antiochenis qui Auidio Cassio cōfenserant: sed & his & alijs ciuitatibus, quæ illū iuuerant, ignouit: cū primo Antiochēsis grauius iratus esset, his spectacula sustulisset, & multa alia ciuitatis ornamenta, quæ postea reddidit. Filios Auidij Cassij, Antoninus Marcus parte media paterni patrimoniij donauit, ita, ut filias eius auro, argēto, & gemmis honestaret. Nā & Alexandria filia Cassij & genero Druentiano, liberā euagandi ubi uellent, potestātē dedit, Vixeruntq; nō quasi tyranni pignora: sed quasi senatorij ordinis in summa securitate: cū illis etiā in lite obijci fortunam proprie uetuisset domus, damnatis aliquibus ob iniuriā qui in eos petulantes fuissent: quos quidē amita suæ marito cōmendauit. Si quis autem omnem hanc historiam scire desyderat, legat Marij Maximi secūdum librum de uita Marci, in quo ille ea dicit, quæ solum Marcus mortuo iam Vero egit. Tunc em̄ Cassius rebellauit, ut probat epistola missa ad Faustina, cuius hoc exemplum est, Verus mihi de Auidio uerum scripserat, quod cuperet imperare, Audisse enim te arbitror, quod Aerispatores de eo nunciarent. Veni igitur in Albanum, ut tractemus omnia, dijs uolentibus, nil timēs. Hic autē apparet Faustina ista nescisse, cum dicat Marius infamari eā cupiens, quod ea conscia Cassius imperiū sumpsisset. Nam & ipsius epistola extat ad Verum, qua urget Marcū, ut in eū grauius uindictet. Exemplū epistolæ Faustinae ad Marcum, Ipsa in Albanū cras, ut iubes, mox ueniam: tamen iam hortor, ut si amas liberos tuos, istos rebelliones acerrime prosequaris. Male enim assueuerunt, & duces & milites: qui nisi opprimuntur, opprimunt. Item alia epistola eiusdē Faustinae ad Marcū. Mater mea Faustina patrē tuū Pium eiusdem in defectione Celsi sichorta ta est, ut pietatem primū circa suos seruaret, sic circa alienos. Nō enim pius est imperator, qui non cogitat uxorem & filios. Commodus noster uides in qua ætate sit, Pompeianus gener & senior est & peregrinus. Vide quid agas de Auidio Cassio & de eius conscijs. Noli parcere hominibus, qui tibi non pepererunt, & nec mihi, nec filijs nostris parcerent si uicissent. Ipsa iter tuum mox consequor, quia Fadilla nostra ægrotabat, in Formianum uenire non potui. Sed si te Formijs inuenire non potero, assequar Capuam, quæ ciuitas & meam & filiorum nostrorū

Sic, pro de  
inde.

nostrorum aegritudinem poterit adiuuare. Soteridam medicum, in Formianū ut dimittas, rogo: ego autem Dositheo nihil credo, qui puellæ uirginē curationē nescit adhibere. Signatas mihi literas Calphurnius dedit, ad quas rescribam, si tardauero per Caciliū senem Spadonem, hominem, ut scis, fidelem. Cui uerbo mandabo quid uxor Auidij Cassij, & filij, & gener de te iactare dicantur. Ex his literis intelligitur Cassio Faustina conscientiam non fuisse, quin etiam supplicium eius grauius exegisset: siquidem Antoninum quiescentem, & clementia cogitantem, ad uindictæ necessitatem impulit. Cui Antoninus quid rescripserit, subdita epistola perdocebit. Tu quidē mea Faustina religiose pro marito & pro nostris liberis agis. Nam relegi epistolam tuam in Formiano, qua me hortaris, ut in Auidij conscios uindicem. Ego uero & eius liberis parcam, & genero & uxori, & ad senatū scribā, ne aut proscriptio grauior sit, aut poena crudelior. Non enim quicquam est, quod imperatorem Romanum melius commendet gentibus quam clementia. Hæc Cæsarem deum fecit, hæc Augustum consecrauit: hæc patrem tuum in primis Pij nomine ornauit. Denique si ex mea sententia de bello iudicatum esset, nec Auidius esset occisus. Esto igitur secura, dii me tuentur, dijs pietas mea cordi est. Pompeianum nostrum in annum sequentē consulem dixi. Hæc Antoninus ad cōiugem. Ad senatū autem qualem orationem miserit, interest scire ex oratione Marci Antonini. Habetis igitur P. C. pro gratulatione uictoriæ generum meum consulem, Pompeianum dico, cuius ætas olim reuerenda fuerat consulatu, nisi uiri fortes interuenissent, quibus reddi debuit, quod à re publica debebatur. Nūc quod ad defectionem Cassianam pertinet, uos oro atque obsecro P. C. ut censura uestra deposita, meam pietatem clementiamque seruetis imo uestram, neque quenquam ullū senatus occidat. Nemo senatorum puniatur, nullius fundatur uiri nobilis sanguis: deportati redeant, proscripti bona recipiant. Utinam possem multos etiam ab inferis excitare. Non enim unquam placet in imperatore uindicta sui doloris, quæ & si iustior fuerit, acrior uidetur. Quare filijs Auidij Cassij & genero & uxori ueniam dabit. Et quid dico ueniam, cum illi nihil fecerint? Uuant igitur securi, scientes sub Marco se uiuere. Uuant in patrimonio parentum pro parte donato: auro, argento, uestibus fruantur: sint diuites, sint securi, sint uagi & liberi, & per ora omnium ubique populorum circumferant meæ, circumferant uestræ pietatis exemplum. Nec magna hæc est P. C. clementia, ueniam proscriptorum liberis & cōiugibus dari. Ego uero à uobis peto, ut conscios senatorij ordinis & equestris, à cæde, proscriptione, à timore, ab infamia, ab inuidia, & postremo ab omni uē dicetis iniuria: detisque hoc meis temporibus, ut in causa tyrānidis qui in tumultu cecidit, probetur occisus. Hanc eius clementiam senatus his acclamationibus profecutus est, Antonine pie, dii te seruent. Antonine demēs, dii te seruent. Antonine clemens, dii te seruent. Tu uoluisti, quod licebat, nos fecimus quod debebat. Commodum imperium iustum rogamus, progeniem tuam roboram. Fac securi sint liberi tui, bonum imperium nulla uis lædit. Commodum Antonino Tribunitiam potestatem rogamus, præsentiam tuam rogamus, philosophiæ tuæ, patientiæ

Mira clemētia.

patientiae tuae, doctrinae tuae, nobilitati tuae, innocentiae tuae. Vincis inimicos, hostes exuperas, dii te tuentur, & reliqua. Vixerunt igitur posterii Auidij Cassij securi, & ad honores admissi sunt. Sed eos Commodus Antoninus post excessum diui patris sui, omnes uiuos incendi iussit, quasi in factione deprehensos. Haec sunt quae de Cassio Auidio comperimus: cuius ipsius mores, ut supra diximus, uarij semper fuerunt: sed ad censuram, crudelitatemque propensiores: qui si obtinuisset imperium, fuisset non modo demens, sed bonus, sed utilis & optimus Imperator. Nam extat epistola eius ad generum suum iam Imperatoris huiusmodi. Misera respu. quae istos diuitiarum cupidos & diuites patitur misera. Marcus homo sanè optimus: qui dum demens dici cupit, eos patitur uiuere, quorum ipse non probat uitam. Vbi L. Cassius, cuius nos frustra tener nomē: Vbi Marcus ille Cato Censorius: Vbi omnis disciplina maiorum, quae olim quidem intercidit: nunc uero nec quaerit. Marcus Antoninus philosophatur: & quaerit de clementijs, & de animis, & de honesto & iusto, nec sentit p rep.

» Vides multis opus esse gladijs, multis elogijs, ut in antiquū statum publica forma reddatur. Ego uero istis praesidibus prouinciarum, an ego proconsules, an ego praesides putem: qui ob hoc sibi à senatu & ab Antonino prouincias datas credunt, ut luxurentur, ut diuites fiant? Audisti praefec. pratorij nostri philosophi ante triduum quàm fieret mendicum & pauperem, sed subito diuitem factum, unde quaeso, nisi de uisceribus reip. prouincialiumque fortunis? Sint sanè diuites, sint locupletes, ararium publicum refertient, Tantum dii faueant bonis patribus. Reddant Cassiani reip. principatum. Haec epistola eius indicat quàm seuerus, & quàm tristis futurus fuerit Imperator.

AELII SPARTIANI

SEVERVS

AD DIOCLETIANVM

AVGVSTVM.



INTERFECTO Didio Iuliano, Seuerus Africa oriundus imperiū obtinuit: cui ciuitas Lepti, pater Geta, maiores equites Romani ante ciuitatē omnibus datā. Mater Fuluīa Pia, patruī. M. Agrippa & Seuerus cōsulares. Auus maternus Macer, paternus Fuluius Pius fuere. Ipse natus est Erucio Claro bis & Seuero COSS. VI. Idus Apriles. In prima pueritia prius quā Latinis, Graecisque literis imbueretur, quibus eruditissimus fuit, nullū aliū inter pueros ludum, nisi ad iudices exercuit: cum ipse praelatis fascibus ac securibus, ordine pueroꝝ circumstante federet ac iudicaret. Octauodecimo anno publice acclamauit. Postea studiorum causa Romam uenit. Latum clauum à diuo Marco petijt, & accepit,